

DOMINICVS CONTARENVS⁶¹

D U X X X X.

Electus Anno 1042. obiit Anno 1068.

EPIGRAPHES PRISCA.

Bello convictam Iadram castigo rebellum.



Anno tertio super quinquagesimum servatæ fidei, Iaderenses abiurata Republica, ad fraudis imitationem, totum sollicitabant Illyricum. Hinc Dominicus Contarenius Flabanico subrogatus expedita classe Iaderam navigans, eo impetu oppugnavit, ut illa muralibus concussa tormentis, fugatisque Pannonis Regis suppetiis, cui se se dederat, nè à fundamentis excisa ignominia suæ testis superesset sempiterna, novum præstitit fidei sacramentum. Ejus expugnatione vulgata, de cæteris Dalmatiæ oppidis triumphavit Adversus Normannos secunda fuit Contareni expeditio, qui Macedoniam maritimam cædibus ac rapinis replebant, torpente Græco